



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. III. De Impedimentis secundariò excludentibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

tæ, & fide dignæ habendæ erunt, ut aliquis usque ad eum gradum excludatur. Ultra hos verò gradus, nisi sit talis infamia, quæ publicè constet, non est censendum impedimentum aliquod, aut ulterius inquirendum. De Tartaris autem & Mahometanis aliis, committitur Patri Generali, ut possit dispensare intra prædictos hos gradus, cum cesset in his ratio infamiæ. *m*

m Con. 6. D. 28

SECTIO III.

De Impedimentis secundariè excludentibus.

*Quatenus hæc
secundaria Im-
pedimenta ob-
stent.*

1. **S**I nullum ex proximè relatis obstaret Impedimentum, ulterius in interrogationibus progrediendum est. Et si quid erit, quod secretum requirat, id observabitur, ut par erit. Hæc autem secundaria Impedimenta, quamvis singula à Societate non excludant; quodvis tamen ex his tanti momenti esse posset, ut non expediret cum eo quemquam admitti. Sed quia accidere posset aliquem hujusmodi defectum aliis præclaris Dei donis compensari; id discernendum prudentiæ ejus, qui admittendi facultatem habet, relinquatur: cujus etiam erit in hujusmodi casibus dispensare. *n*

n P. 1. c. 3. §. 8.
& 16. & H. &
R. Prov. 36.

2. Secundaria verò Impedimenta hæc numerantur : Primo quoad interiora attinet. Passiones, quæ domari non posse videantur ; vel peccatorum habitus, de quibus non magna emendatio speretur. Intentio minus recta ad Religionis ingressum ; ut quæ cum humano aliquo fine sit conjuncta. Inconstantia, vel remissio animi notabilis. Indiscretæ devotiones, quæ in causa esse solent, ut aliquis in illusiones, & non exigui momenti errores incidat. Literarum ignorantia, vel ingenii aut memoriæ ad eas addiscendas, vel linguæ ad explicandum defectus ; quæ postrema observanda in illis, qui præferunt intentionem, vel desiderium ulterius progrediendi, quàm solent Coadjutores Temporales. Judicii defectus, vel notabilis in proprio judicio obduratio, quæ omnibus Congregationibus multùm solet faceßere negotii. °

Quanam in particulari respectu omnium, quoad interiora attinet.

o P. I. c. 3. §. 9. usque ad 15.

3. Obstant secundò in exteriori homine defectus in integritate corporis, morbus, debilitas, vel notabilis deformitas ; quæ sive contingat à natura, sive ab aliqua externa causa, semper minimè juvat ad ædificationem proximorum, quibuscum ex Instituti nostri ratione versamur. p

Quoad exteriora.

p P. I. c. 3. §. 15. & I.

4. Ætas etiam valdè tenera, aut nimis

De Ætate

profecta. Et illa quidem censenda est minor 14. annis, ut quis ad Probationem, aut 25. ut ad Professionem admittatur, nisi peculiaribus de causis Præposito Generali antevertendam esse videretur. *q* Immo sine ejus dispensatione, si aliquis admissus fuerit ad Probationem ante 15. aut ad Vota Societatis ante 17. annos expletos: irritum est defectu potestatis, quidquid, etiam auctore Provinciali, fuerit factum. *r* Quamquam prima Renovatio Votorum post annum decimum septimum expletum facta habet vim primæ Nuncupationis, ac supplet quoscumque prædictos defectus. *s* Biennium autem Novitiatus tunc solum fuit validè inchoatum, quando ille annum ætatis suæ decimum quintum explevit. *t*

Æs alienum, & Majoratus. 5. Demum æs alienum, naturales aut civiles obligationes obesse possunt, ne quis recipiatur, propter ædificationem & jura, quæ diligenter attendenda sunt. *u* In quorum etiam gratiam statutum est, ne qui in Hispania gaudent jure Majoratus, recipiantur sine facultate P. Generalis, iisque dotibus fulti, quæ spem faciant promoveri post biennium posse, juxta Constitutiones, ad Professionem trium Votorum, prævia voluntate P. Generalis; & nisi qualitas Majoratus ea sit, cujus abdicacioni firmandæ

q P. 1. c. 2. §.
12. & c. 3. §.
15. & K.

r Con. 3. D.
35. & Reg.
Prov. 36.

s Con. 8. D. 22.

t Con. 12. D. 13.

*Æs alienum, &
Majoratus.*

u Ex .c. 3. §. 2.
& c. & P. 1. c.
3. §. 15. & L.

mandæ promotio ad Sacrum Ordinem sufficiat. * Si quid tamen hoc in genere contra fieret, non invalida esset Admissio. y

x Con. 5. D. 18.
y Con. 11. D. 26.

6. Igitur qui Examinatoris officio fungitur, ubi nullum ex substantialibus Impedimentis adesse cognoverit, pergat interrogando; An decreverit sæculum relinquere, quibus de causis, & quando primum hæc ei desideria in mentem venerint? An à quoquam, præsertim à Nostriis, primum ad id motus fuerit? Num deliberatum habeat animo propositum vivendi, & moriendi in Domino in hac Societate? * Postea Examinator interroget super prædictis secundariis Impedimentis, juxta regulas sui officii, & Exam. gen. c. 3. videndæ etiam Reg. Prov. de Admittendis. pag. 39.

Ad horum examen quomodo progrediendum est.

* Ex. c. 3. §. 13. 14. & Reg. Exam. 8. & c.

CAPUT II.

De Dotibus positivis Admittendorum.

IN universum loquendo, quò pluribus Dei donis naturalibus, & infusis præditi ad promovendum juxta Societatis institutum, divinum servitium, & quò certioribus experimentis perspecti fuerint: eò magis idonei erunt, ut in eam admittantur. * Contra non ex-

Magis apti, qui magis insignes, & noti.

* P. 1. c. 2. §. 1.